



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt I. De institutione Sacramenti extremæ Vnctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

C A P V T I.

De institutione Sacramenti extrema Vnctionis.

INstituta est autem sacra hæc Vnctio infirmorum,^{quam verè & propriè & Sacramentum noui Testamenti,}
 a Christo Domino nostro a apud Marcum quidem infirmum,^{b per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fidei presbyter. 95. dist. c. 1. §. 1. de sacra Vnctione. Conc. Cabilan. c. 48. In. L. ep. 1. cap. 8.} trem, fidelibus commendatum ac promulgatum: Infirmitatur, inquit, quis in vobis; inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, yngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuia eum Dominus; &, si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per manus acceptis Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium instrumentum, & effectum huius salutatis Sacramenti. ^{y intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum, ab Episcopo benedictum Vnctio apertissimè Spiritus S. gratiam, qua inuisibilis anima ægrotantis inungitur, representat; & formâ esse illa verba, Per istam vunctionem, &c.}

R E M I S S I O N E S.

Sacramentum noui Testamenti.] Vunctionis Extremæ Sacramento, quod est quedam immediata preparatio ad gloriam, & gressum ad Cœlum, nullum in veteri Lege respondere potuisse sacramentum, eo quod pretio nondum solito aditus in Cœlum pare non potuit, tenet Sayr. de Sacram. in genere li. 3. c. 4. q. vñctio. vers. Quintum est, prope med.

6 A Christo Domino nostro apud Marcum. &c.] Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. qu. 2. art. 1. & qu. 3. art. 2. vers. de Sacram. Extremæ Vnctio. P. Henr. in sum. li. 3. c. 7. Baldwin. Junium super opera conseru. Bellarm. p. 2. li. 6. c. 1. P. Valquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. nu. 4. P. Valer. Regin. in præf. pœn. li. 28. a. nu. 45.

7 Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum Vnctio. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 1. c. 3. qu. vnic. art. 3. vers. de Sacram. ibi, de Extrema Vnctione, Pet. Ledef. p. 1. de Sacram. Extremæ Vnct. c. 2. Zerol. in præf. Episc. p. 1. verbo Extrema Vnctio, Primo. Pat. Azor. instit. Moral. p. 1. li. 2. c. 9. vers. Quotiescumq;

fin pag. 107. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. numer. 50.
cum seqq. P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. à num. 3. & de oleo infi-
morum, in quo sunt facta multa miracula. vide P. Martin. Delri. dis-
quisit. magic. lib. 6. c. 2. sect. 3. pag. 512.

¶ Formam dende esse illa verba.] Vide Sayr. de Sacram. in genere l. i.
c. 3. art. 5. verf. In Extrema Vnctione, P. Henrig. in sum. li. 3. c. 8. § 3. P.
Aegid. d. disp. 19. a num. 13. P. Valer. Regin. li. 28. a nu. 54. Pet. Ledesm.
d. tract. de Sacram. Extremæ Vnctionis c. 3.

C A P V T II.

De effectu huius Sacramenti.

REs porrò & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et a oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. b Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cuius Vnctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & agrotianam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando: quia infirmus stableuatus, & morbi incommoda ac labores leuis fert, & temptationibus dæmonis, c calcaneo insidian-
tis, facilius resistit; & sanitatem corporis interdum, vbi sa-
luti animæ expedierit, consequitur.

^a Iac. 5.
^b Ibid.
^c Infr. can. 2.
de Sacram.
extrema
vnct.

R E M I S S I O N E S.

Vide Sayr. de Sacram. in genere li. 5. c. 1. q. vnic. art. 2. verf. De Sa-
cramento Extremæ Vnctionis, P. Henrig. in sum. li. 3. c. 9. late
P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 19. num. 16. cum seqq. Baldv. Iunium
super opera controvrsi Bellarm. p. 2. li. 6. c. 2. Pet. Ledesm. in sum. p. 1.
tract. de Sacram. Extremæ Vnct. c. 4.

C A P V T III.

De ministro huius Sacramenti, & tempore quo dñe ridebeat.

IAm verò quod attinet ad præscriptionem corum, qui & suscipere & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditū. Ita se esse Ecclesiæ Presbiteros, quo nomine, eo loco, non erant seniores aut primores in populo intelligēdi veniunt

L

fed

